Cum igitur nemo possit de dei iudicare iudicio. et de otioso
quoque uerbo reddituri sumus rationem. et iob cotidi
e pro filiis suis obtulerit hostias. Ne quid forte pueri sui
contra dominum cogitarent. Quae temeritas est audire
cum corinthus sine nobis regnasti. atque utinam regna
retis. ut et nos uobiscum regnaremus. Ceterum si eos
etiam propria conscientia non mordet. Debue
rant imitari paulum dicentem; Quis scandalizatur
et ego non uror. et pro omnibus esse solliciti. Ne quasi
amatores sui ut ipsi regnent. aliorum tormenta
desiderent. Quomodo si quis uelit capi patriam
suam. urbemque subuerti. ut solus uictorum amicitia
perfruatur; solemus in angustiis et in tribulationibus
dicere utinam mihi liceat exire de corpore. et sae
culi huius miseriis liberari. Nescientes quod quamdiu
in hac carne uersamur habeamus locum paeniten
tiae; si autem recesserimus. audiemus illud prophe
tae; In inferno autem quis confitebitur tibi. ista est sae
culi tristitia quae ducit ad mortem. Quia aposto
lus non uult perire eum qui cum patris uxore fuerat
fornicatus. qua et iudam perimit infelix qui abundan
tiori absorptus tristitia. Proditioni homicidium copu
lauit. et homicidium omnibus peius homicidiis. ut
ubi putabat remedium et mortem suspendii finem
malorum. ubi leonem et ursum et colubrum res peri
ret; Quibus nominibus uidentur mihi signifi
cari tria diuersa supplicia. uel ipse diabolus. qui rec
te leo et ursus et coluber appellatur;
Cumque nos putauerimus isaiam audire dicen
tem. Vade populus meus intra in cubicula tua.
claude ostium abscondere pusillum. donec transeat
ira domini. et esse quasi in domo nostra et quasi in infer
no requiescere. Tunc mordebit nos coluber.
qui in praesenti loco. naas. in iob appellatur leuiathan.
De cuius natura et terrore multiplici plenius
in ipso uolumine dicimus; in caligine autem
et tenebris quae contraria sunt splendori et lucis tor
mentorum diuersitas explicatur.

ODI et proieci festiuitates uestras. Proprie hoc
contra tribum iuda dicitur. et eos qui ex israhel ad ceri
monias commigrarant. et nihilominus non rece
debant quae idola et peccatorum magnitudine
dei sacrificia polluebant; Numquam enim reor
quod de oblationibus uitulorum quos offerebant
in dan et in bethel dixerit; si adtuleritis mihi
holocaustomata et munera uestra non suscipiam;
Odit autem deus. et non solum odit. sed et proicit festiui
tates eorum. qui fugiunt leonum et incurrunt
in ursum et ingrediuntur domum. et a serpente mor
dentur. quia non celebrabant festiuitates dei.
sed festiuitates suas. dicente domino. odi et proieci
festiuitates uestras; et huiuscemodi hominum
conuentum odoremque non suscepit. Nec habet
in odorem bonae flagrantiae. et omnia eorum
munera detestatur. et pinguissima uota non re
spicit; Quod quidem non solum illius temporis ho
minibus sed et nobis accidit. si similia delinquamus.
et de rapinis et pluribus sceleribus quaesita dona nos
putemus offerre et nostra peccata redimere.
Cum legerimus zacheum quicquid rapuerat
in quadruplum reddidisse. et de his quae bene
quaesierat mediam obtulisse substantiam; Neque

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0175